



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 50. Propositiones ab Angliæ Rege summo Pontifici expositæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

**Sæc. XVI.** Petrus Vannesius, nec minus hos quoque Procuratores paulo post sequebantur Knyghtus, & Benetus Doctores, qui juncta cum eis opera huic negotio insudarent.

## §. L.

*Propositiones ab Angliae Rege summo Pontifici expositæ.*

Ambo hi Oratores Lutetiam Parisiorum venerunt, ubi Franciscus Rex eis literas tradidit, quibus Legati, quos Romæ habebat, jubebantur, ut illis, qui in favorem Henrici agunt, sese adjungerent. Vix Oratores Romanam pervererant, cum illico præfatas Regis literas illis, ad quos directæ erant, redderent, ac postmodum in Cancellaria Romana illud diploma, cuius exemplar produxisse, Catharina existimabat, summa sollicitudine quærerent; ast cum omnem diligentiam incassum adhiberi cernerent, plures Pontifici articulos proponebant, eosque, cum illos proferre clam jussi essent, velut suo nomine exponebant. Collimabant illi præcipue, ut ad dirimendum divortii negotium opportuna excogitarentur media, quorum plura Legati exponebant, quæ celebriores juris Pontificii Doctores, presso tamen nomine, Romæ discusserunt

runt, eo consilio, ut perspici valeat, quæ- Sæcul. XVI.  
A.C. 1528.  
nam ex iis tuto in usum deduci pos-  
sint: Cum vero Veneti Ravennatem &  
Cerviam urbes, quas summus Pontifex  
sibi restitui petebat, adhucdum detine-  
rent, Legati, ut Papam ad acceptandas  
hasce propositiones inclinarent, pollici-  
ti sunt, quod Angliæ & Franciæ Re-  
ges præfatas urbes bis mille præsidia-  
riis firmaturi essent. Evidem tam va-  
lido præsidio Venetorum consilia, qui-  
bus ambas hasce civitates sibi vendica-  
re moliebantur, everti potuissent, nec  
tamen inde pristinum in has urbes do-  
minium Sedi Apostolicæ reddebatur,  
prout summus Pontifex peroptabat.

### §. LI.

#### *Aliæ propositiones ab Henrici VIII. Legatis factæ.*

Cum igitur Legati probe cognoscerent,  
quod ejusmodi propositio, quam ta-  
men acceptari cupiebant, Papæ votis  
plene non satisfaceret, hinc simul eun-  
dem admonebant, ut nunc magis quam  
unquam Cæsaris fidem sibi suspectam  
haberet, penitusque a firmando, quod  
cum illo sanxerat, fœdere abstineret, eo-  
quod Imperator totus in eo esset, ut  
eum utpote ex clandestino matrimonio  
natum folio deturbaret, in ejusque lo-  
cum